

Q.K.967,4.

X 186 2319

195  
II h  
886

Q. B. V. D.  
DISSERTATIONEM  
DE  
**ARGONAUTARUM**  
**EXPEDITIONE,**  
An Europam omnem circum-  
navigârint?

*Ex antiquissim. Græcor. Poëtar.*  
ORPHEO in primis, APOLLONIOq; RHOD. & aliis,

in Alma Leucoréa,

Sub Præsidio

DN. GEORGII CASPARIS  
KIRCHMAJERI,  
ORATOR. PROF. P. ac ORD. PHILOS.  
h.t. SPECTAB. DECAN.

DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS atq; HOSPITIS  
omni honoris atq; observantiæ cultu æternum venerandi,  
Publico examini submittet

JOHANNES MEYSTER/

Revaliâ - Livonus.

In Auditorio Majori,  
horis antemeridianis.

ad diem VII. Febr. Anno M DC XXCV.


WITTEBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typogr.

17.

4



MAGISTRATU M. I. MOGOMA



B. C. D.

## PROOEMIUM.



Irari liceat, qui factum fuerit, cùm in Germania media à Germanis, de ipsorum patria, Heroibus, lingva, moribus, rebusqve gestis, ante CAROLI illius M. ævum nihil solidi propemodùm, aut certè fabulosa pleraque ab *Hunibaldo*, (nescio quo tandem Hypobolimæo homine, terræque filio, à *Tribhemio* Abbatte Spanheimensi præter meritum tantoperè jactato, pluribusque æstimato aliis) in literas relata sint? à Græcis Vatibus, Historicis, Philosophis, nec non Romanis ideo credulitate vagâ pleraque suppleri oportuerit; cur ab Aquilonaribus interea Scriptoribus, Antiquitatibus, & monumentis, nominum, in primis priorum, plurimis indiciis, omnino certiora ad Europam, & migrationem gentium pertinentia obtineri possint? Quanquam enim etiam Britannici Scriptores, hic non adducendi nobis, veteres, jam diu ante *Bedam* inclyti memoratique ab *Ufforio*, Archiepiscopo Armachano, in Ecclesiæ Britannicæ Antiquitatibus, venire ad suppetias ferendas videantur; fidei præsentioris documenta nihilominus suppeditant, quæ ex Natura ipsâ, habitudine locorum, fluminum, saxonum, montium, sylvarum, morum, & ingeniorum denique petuntur argumenta. Jam non quidem *Eddæ* mythologica & *Gildæ*, nec *Ælfridi*, *Uphilæ*, aut *Ethelwerdi* horrida commendo; inter seria scituque digna refero *Argrimi Jona*, *Snorron*,

A

Sturlæ-

*Sturlasonii, Svenonii Brynolfi, Scalholensis Episcopi Islandica, Messenii Antiquitates Gothicas, Claudii Lysandri, Jona & Koldingensis Danica, Norvegica, Gothlandica, & Sveo-Gothica, Olai Wormii, Vereliig Runica, Martini Broniovii, post M, Paul. Venetum, Tatarica, primòque nominanda carmina Scaldorum. Singulorum tamen, si non superavit, plurium æqvavit certè diligentiam, ab ingenio, judicio, labore ac experimentis maximoperè laudandus, & tot ex Germania, Gallia, Britannia, Belgio, hactenus encomiis ornatus, DN. OLAUS RUDBECKIUS in Opere Atlanticorum. Docuit nimirum, unde factum, quòd à Scythicis & Hyperboreis Heroibus, SATURNO, JOVE, NEPTUNO, MERCURIO, HERCULE, APOLLINE, similibus, ex genere JAPETI natis Regibus, post tempora Phalegi ad editiora loca Scythiae ac Boreæ digressis, non modò ad viçinos Græcos, sed remotiores etiam Ægyptios illorum nomina & sacra priùs, quàm ad Germanos propagata fuerint? Exposuit, cur Orpheo, Hesiodo, Homero, Diodoro Siculo, Herodoto, Platonis (Aristotelem omitto, speculationibus intento magis & Philosopho) Apollodoro, Apollonio Rhodio, Straboni, Melæ, Ptolomæo, Plinio, Tacito, Plutarcho, plus de Septentrionis atque Occidentis insulis ac terris firmis, quàm Germanis ipsis innotuerit, accendens facem splendidissimam. Hoc unum largietur Vir Illustris, si in re obscurâ admidum, & ab Eruditorum nullo, quem sciamus, evolutâ satis, h. e. de ARGONAUTIS & eorum expeditione, in aliquibus, solius veritatis gratiâ, discessero à placitis illius, curiosis Orpheum Apolloniumque Rhodium, & plures scrutaturus oculis.*

CA-



# CAPUT I. exhibens

Sententiam Rudbeckianam, & concilians cum Orphei, Apollonii Rhodii, Apollodori, Diodori Siculi, Valeriiq. Flacci testimonis.

**N**emo est eruditorum (scribit Vir Clariss. Atlanticor. c. XXVI. de Orphei Argonauticis, §. I.) qui nesciat, Orpheum & Argonautas olim aggressos fuisse circumnavigationem totius Europa. Nemo quoque Scriptorum est, qui expeditionis hujus seriem accuratiū majorique fide consignavit Orpheo, quoniam ipse itineri interfuit, ceteris Scriptoribus, Apollonio Rhodio & Valerio Flacco, qui aliquot seculis interjētis, post illum vixerant, ab aliorū narratione pendentibas ac proinde errori non semel obnoxii. Nos igitur pro more nostro vetustissimorum Scriptorum vestigiis, quia firmiora & magis secura sunt, libentiū, etiam in hoc argumento, inhærebimus. Idemque circa fin. cap. ejusdem, de eodem argumen-  
to, §. 13. Scimus quidem à non paucis omnem banc Orphei & Argonautarum expeditionem pro mero figmento Po-  
etico haberi; existimantibus Orpheum hæc loca tantum in la-  
tebris suis & per somnium adspexisse. Qui ita censem, nobis  
sanè multo prolixius, quam aut illi ipsi, aut nos sperabamus,  
fauent: concedunt enim unius Citharæ di somnio plus verita-  
tis ac lucis inesse, quam multorum magnorum Virorum, satis  
assiduis & molestis lucubrationibus. Mirum equidem hoc  
est somnium, quod omnia ferè totius Europa in primis autem  
patriæ nostræ ultimique Septentrionis loca, montes, flumi-  
na, populos & vias, eo prorsus ordine situque posita, ac præte-  
reà naturis nominibusq. suis distincta representavit, quibus  
illa omnia sese hoc potissimum tempore maximam partem con-  
spicienda & agnoscenda præbent: adeò, ut nemo ferè Or-  
pheum in his rebus castigārit, quin simul suam in rebus Se-

ptentrionalium infantiam prodiderit. Audebit certè Orpheus, utut Poëta & Musicus, & somniator, quando cum ita usus feret, in arenam descendere & velitationibus suis Geographicis cum Mathematicorum principe & adversa partis ductore Ptolomæo concurrere, illique suam exprobrare cœcitatem, quæ obstatit, quò minus Sveonia montes, regiones, tenebras, mare ejus glaciale, magnitudinemque veram percipere posset. Unde factum est, quòd huic Insula in longitudinem XXX. omnino millaria errore planè puerili assignarit, sectatoresq; ejus Orpheo perspicaciam suam sine ulla justa causa invideant. Hæc ille; qui periplus ita circumscribit, ut expressius repræsentemus mentem Nobilissimi Rudbeckii ex interjectis aliis: A latere Ægæi maris (Archipelagum appellant nautæ) in Thessalia Iolcos oppidum Magnesiæ inter Pelion & Ossam montes situm est, à quo solverunt Jasone patrino Argonautæ. Terminus hic à quo. Penetrârunt per os Ponti, ubi *Sestus* & *Abydus*, (hodiè vocantur duo illa Hellesponti claustra, imo castra, *Dardanelli*, ) in *Euxinum*. In eodem Lemnon attigerunt insulam, dextroq; prætervecti littore Amazonum Cappadocumq; regionem, denique ad Colchos fluviumque *Phasin* pervenerunt; ubi raptum *Vellus aureum* per beneficia *Medæ*, *Sponsæ Jasonis*, invito atque inscio Æætæ Rege, patre, clam aufugientis. Terminus hic ad quem; ex intentione prima Jasonis & sociorum. Atque hæc unanimi consensu ex Poëtis vetustissimis, Historicis, Philosophis Græcorum, & Ecclesiæ quibusdam Patribus probari possunt. Jam apparent difficilia. Lares quippe patrios repetituri Argonautæ, impediti ab Æætâ furibundo sunt, qui Hellespontum clausit navibus præmissis, ut vindictam de raptore filiæ Vellerisque simul aurei repeteret. Hæc fraude intellectâ quærere ambages, & ad δέσυτερην πλάγιην, ut ajunt Græci, se convertere coacti, vias longè scrutantur alias. Mæotin scilicet paludem eligebant, Caucasum à dextrâ prospectantes & per flumen *Tanaim* ad fontes ejus usque

que perrecturi, redditum, vel potius errorem agitabant animis. Sic Diodorus Siculus disertè. Qværitur, quò porrò navigarint? Ad flumen maximum, intercedente fossâ aliquâ, Rhabarbaris antiquis, deinde *Volgam* dictum, respondetur à CL. Rudbeckio. Per hæc enim flumina, in mare *Balticum* ex Græciâ hûc navingantibus, patere iter afferit cum pluribüs; sic interim, ut ultrà milliaria XII. *Fronovensem* inter lacum & *Lovatum* fluvium, per steriles arenas navis fuerit in tabulas divisa, & per partes litoribus, aut humeris (quidni potius vehiculis, ut hodiè, sed ex cupro factas naves promovent) portanda. Neque illa est de nihilo portatio; si fides siltē adhibenda hîc antiquis. Qvam in rem plura pôst. Venerunt hîc ad *Hyperboreos* & vias *sinus Finnici*, qvà cum *Aldeisco* lacu ferè jungitur, Oceanumqve ingressuri Hyperboreum *Riphæos* montes in conspectu habuerunt. Hîc vel per terram iterùm trahenda navis, juxta flumen *Kom*, ad partem duodecimam unius milliaris, vel per *Ullense* flumen (legimus vestigia Rudbeckii,) in mare *Cronium*. Ex hoc ad mare mortuum, seu *Morimarusam*, Promontorium *Cimmerium* & *Calpen*: à Ponto Cimmerio ad *Acherontem*, seu *Charybdin*; hinc ad Iernidem insulam (Hyberniam) tūm ad Peuceſſam; (Britanniae insulam majorem, ut interpretatur ipse,) hinc ad *Herculis columnas*, pôst ad *Sardiniam*, *Ausoniae* littora, *Siciliam* *Cretamq*, prætérvecti, ad *Corcyram* & *Phæacum* promontorium appellentes, per *Eubœam* *Locridemq*, ad *Iolcos*, patriam, errore magno regyrarunt Argonautæ. Hæc, ni fallor, mens ingeniosi admodum *Upsaliensis* Professoris, Orphei interpretis. Jam Musico & Vati auscultemus ipsi. Sic autem filius Æagri ex *Calliopeja*, in urbe Thraciæ Lebethri natus, diu ante tempora excidii Trojani, diutiùs ante Homerum florens, à carminibus & hymnis oracula plus quam humana mèrè continentibus, à Clemente Alexandrino, Lactantio, & Eusebio tantopèrè laudatus, doctior

**ex schola Mosis Orpheus**, canit, ut ex propositione Viri di-  
scas, ubi fuerit terrarum, antequam aggrederetur expediti-  
onem hanc cum Argonautis:

*Et cecini, quā sacra nitent Aegyptia pompa,  
Accedens Memphis p̄aeclaram atq; Apide terras  
Insignes, rapidi Nili quas unda coronat.  
Vera tibi nostro cuncta hæc de pectore manant.  
Nunc, quoniam flagrans in nobis evolat oestrum,  
Corpoream linquens molem, super æthera longè  
Non audita prius nostro de carmine disces,  
Pieriam ut quondam, Libethrag; venit ad alta  
Semideūm pariterq; Heroum primus Jason.*

Orpheus quis, qualis, quantus fuerit, ex Jasonis invitamen-  
to liquet:

*Orpheu, Calliopes Oeagro nate parente,  
Atq; in Bistonia Ciconum Rex, optime salve!  
Tu namq; Harmonias Princeps das jura per Alpes,  
Strimoniasq; undas, Rhodope'sq; cacumina summa.  
Ipse ego sum Minyes regali sanguine cretus,  
Thessalus Ausonides, hospes tibi certus habendus.  
At tu quæso fave cœptis, & percipe grato,  
Quæ loquar auditu, nec inexorabilis esto!*

In locis terræ ultimis, tenebricosis, & maritimis, non tan-  
tum in Aegypto, Orpheus fuisse, hæc evincunt:

*Tὸν μὲν ἐγὼ μύθοισιν ἀμειβόμενος πέσσειπεν,  
Αισονίδη τι μετὰ παραιφάμενος τ' ἐρεείνεις,  
Οὐφράτην ἐξ ιόλχες μινύεις ἐπήρεινος ἔλθω  
Νηὶ σὺν ἐνσέλμῳ πλέυσταις ἐπὶ ὄνοποι πόντον,  
Ἡδη γάρ μοι ἄλις ναμάτων, ἄλις ἐπλετο  
μόχθων,*

*Ων ἵκόμην ἐπὶ γαῖαν ἀπείσετον ἡδὲ πόληας,*

Ai-

**Aἰγαῖον Λιβύη τε βροτεῖς ἀναζέσθατα φαινων.**

Jam itineris maritimi notata observemus loca singula:

Ergo ubi jam ad navem & littus descendimus omnes,  
Confidere suis in transbris quique, manusque  
Impliciti validis pulsabant æquora remis.  
Pelion ex oculis abit.      --      --

\* \* \*

Prætereunt valles Minyæ quoque Montis Olympi  
Excelsi obstrusos, & Athon cùm frondibus altis,  
Pellenen latam, nec non diam Samothracen.

\* \* \* \*

Inde ad compositos vultūs appellimus Argo  
Divinæ Lemni. Scelus illic ausa nefandum  
Fœminei rabies odii jurata.      --      --

Sub lucem Zephyro puppim feriente sereno  
Hellespontus habet, nosque arcta relinquit Abydos,  
Dardanium à dextris Pithyeque erat, Ilion ingens.

\* \* \* \*

At postquam navis complerunt carbasā venti,  
Subsiliens salsas Ponti prætervolat undas,  
Et propè Mysorum terræ confinia transit,  
Rhindaciumqve cito cursu tūm præterit amnem.

\* \* \* \*

Solvimus hinc, urbemque in lato littore magnam  
Remigibus lassis Bithynia tecta subimus.

\* \* \* \*

-- -- Vastas Pelagi conscendimus undas,  
Cyaneas juxta petras.      -- --

\* \* \* \*

Cæruleas petimus Rhebani fluminis undas:  
Hinc procul in longum tractæ Tyneidos arva.

\* \* \* \*

Cappadocas præter cursu quoque puppis eodem

Acta

Acta Carambiacæ tenuit confinia terræ.  
Illic Thermodoon, & Halys perlabitur ingens,  
Qui magno saltos invadit turbine fluctus.  
Longa Themiscyres regio, & Bæantidos oræ:  
Hinc & Amazonidum turmæ panduntur equestræ.

\* \* \*

Thermodoon, rapidus Phasis Tanaisque fluentes,  
Inlyta ubi Colchigens, Heniochigς Araxæ  
Progressi extremos portus populosqς videmus.

Plurima hinc prætermittimus, ad rem non facientia, quæ in-  
ter Colchos, circà rapiendum vellus aureum, monstruosos bo-  
ves cum horribili Dracone occidendos, fuerint patrata. Re-  
ditum in patriam cùm molirentur, longè alia consilia inire  
sunt coacti.

Constituit primus Pelias vellera nacti  
Aurea felices patriam repetamus Iolcon.

\* \* \*

Devius ast errat; nec fluminis ora deorsum  
Poscimus, ac scelere obducti contraria duro  
Remigio fulcant Colcho tellure relicta.  
Caucasas juxta rupes. -- --

\* \* \*

Currimus hinc fauces cogentem Bosphoron arctas;  
Hinc jam remigio longos faciente labores  
Mæotias tunicis primo contingimus altis  
Finibus, & vastis, immenso crine Gelonos,  
Sauromatasqς Getasqς &c. -- --

Plana hactenus hæc, & non temerè in dubium trahenda.  
Hinc ad controversas plagas, aut adversas tendimus, cùm  
Orpheo in Arcton.

Defessi noctesqς novem totidem quoque soles,  
Linquimus hinc atque hinc ignotas nomine gentes.

Па-

Παντούν, Αριτείων τε γένος, Λελίωντ' ἀγερώχων  
Τοξοφόρες τε Σιγάς. -- --

Αὐτὸς δ' ἄρ' Υπερβορέες νόμαδας, οὐ Κάστιον ἔθνος.  
Αὐταὶ δὲ πειδεῖαι τῆς Φάνη Φαεστιμβρετος ηώς,  
Ριπαίς αὖλῶνας σκέλοσταμεν, οὐ δ' ἄφαρ Αἴγαω  
Ἄγεν ἐππροθέσα διὰ σενοῖο ρεέθρον,  
Ἐμπεσε δ' ὠνεανῷ Κρόνιον δέει οὐλήσις.

Πόντον, Υπερβορέην μέρη πεινεῦντες θάλασσαν.  
Haud fugiente calamo excienda hæc. Notare namque  
decet Pactos, Arcteos, Lelios, feroce斯 Scythas Hyperboreos-  
que Nomadas & claustra Caspia. Notetur dies decimus,  
postquam Riphæas valles attigerunt, indeque repente littora  
angusti Ponti, & Oceani à SATURNO Cronii, & Mare  
MORTUUM intrârunt. Nunc quid illud? dum mox ad-  
ditur: -- -- Dant deinde rudentes

Tendendos reliquis: rapiunt per littora cursu  
Veloces, sequiturq; illos non tarda carina,  
Stagnantesquè undas lapidoſo in littore fulcat.  
Namq; illud nulli feriunt spirantibus auris  
Indomitipelagus venti. Perstat mare surdum,  
Dictaq; pars HELICES & Tethyos ULTIMA regni.

A portis Caspiis perventum ad paludes, seu stagnantes aquas  
& ad lapidoſa littora, ad pelagus anemium, ad mare surdum,  
seu quietum, ad partem Helices, & quæ seqvuntur. Singuli hi  
expendendi sunt in applicatione viæ characteres. Sequitur:

Ast ubi sexta dies roseo cum lumine venit,  
Venimus ad dites omniq; ex parte beatos  
Macrobius, facilem qui vitam in longa trahentes  
Secula, milenos implent feliciter annos.  
Non illis hominum sunt ullæ negotia curæ,  
Sed capiunt dulcesq; cibos terrestribus herbis.

B

Arri-

*Arrident quæ illis facies, oculiq; serent  
Patribus ac pueris, tūm verò menti animoq;  
Justitiae cultus, & inest prudentia verbis.*

Si, quod Gorop. Beccanus vult in Hermath. l. 7. f. 148. per *Helen* intelligendum sidus aliquod illustre, quasi *Hel-Licht*; aut, ut è Poëtis explicat *Hyginus*, *Ursa major*, ad Arctoam sanè plagam propriùs adnavigavit *Argo*; postque diem sextum ventum ad Eutichios *Macrobius* sicut fuit. Quinam verò illi sint felices homines, & qui longævi adeò? inquirere oportet. Agitur de gente Hyperborea; ne quis *Aethiopiae* *Macrobius* hīc sibi fingat. Ex *Pomponio Mela*, *Festo*, *Plinio*-què loca aliquot *Rudbeckius* *Atlant.* c. 9. atquè alibi adducit, Hyperboreos centesimum frequenter annum atque amplius attingere. Exempla multa hujus ævi etiam commemorat. De felicitate incolarum in frigidissimis his oris dubitare possit aliquis, nī fidem facerent Scriptores *ægiōns*. De *Fennis* (quibus tamen fœdam paupertatem esse ait,) *Tacitus* in *Germanor. morib. extremo*: *Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus, suas alienasq; fortunas spe metuq; versare.* Securi adversus homines, securi adversus deos, rem difficillimam assēcuti sunt, ut illis ne voto quidem opus sit. Quem locum eleganter *Alciatus* illustravit *Emblemat.* 37.

*Qui Cereris non novit opes, nec dona Lyæi,  
Et pretiosa tamen stragula semper habet;  
Sic furem haud metuit, sic ventos temnit & imbræ:  
Tutus apudq; viros, tutus apudq; deos.*

Non possū abs me impetrare, quin huc referam ex meritissimi *Adami Olearii Itinerar.* l. 3, c. 32. à fine adjectum *Pauli Flemmings* de his locis & indigenis similibusq;, sed ex parte tantum, carmen:

*Beuch*

Euch in die Mitternacht/ in das entlegne Land/  
Das mancher tadelt mehr/ als daß ihm ist bekande.  
Thu/ was dir noch vergönnt der Frühling deiner Jahre;  
Läß sagen was man will/ erfahre du das wahre!

Dem traut man was man sich t/ und hoffe dis darbey/  
Dß in der Barbarey auch was zu finden sey/  
Das nicht Barbarisch ist. Wolan ich bin vergnüg t/  
Es hat mich nicht gereut/dß ich mich her verfügt.

\* \* \*

Wie kan ich doch vorbeyz ich muß die Leuthe preisen/  
Die so/wie diese/sind. Besteht es auff beweisen?  
So hab ich über/recht. Wer lobet nicht den Mann/  
Der sein ist/weil Er ist? der alles missen kan/  
Und alles haben auch: Er ist darzu gebohren/  
Dß er vergnüg t kan seyn; man flaget nichts verlohren.

\* \* \*

Wer suchte dieses hie? so leben sie in Stille/  
Kein Argwohn kommt in Sie/ sein Rath der ist der Wille/  
Ehr t ihn/ ie mehr er herrsch t/ und hält gewiß darfür/  
Je schärffer er sie hält/ ie holder sey er ihr.  
Das glaubt kein Weib bey Uns. Indessen ist kein Mangel:  
Ist/ wann/ und was er will; Speist/ was ihm fängt die Angel/  
Was Stall und Nest vermag/ und was sein Garten trägt/  
Sein trinken führt der Bach/ der wilde Forst der hägt  
Ihm was auff seinen Tisch. Gelüstet ihm zu jagen/  
Es steht ihm alles frey/ er darff es sicher wagen:  
Sein Wind- und Federspiel/ das ist sein Fliz und Pfeil/  
Die er wol selbst gemacht/ ein Messer und ein Beil/  
Das ist ihm Werkzeugs sat: sein Vorrath ist auff heute/  
Auf Morgen giebt Gott mehr. Er zeugt nicht aus auf Beute/  
Wie seine Nachbarn thun/ die umb das schwarze Meer/  
Die Don und Wolge sind: sein Beutel ist nicht schwer;

W 2

Doch

Doch auch nicht allzuleer: so darff er sich nicht grämen  
Wo er den Unterhalt von Kleidern her sol nehmen/  
Sein Schaff trägt ihm den Welz / sein Flachs und Hanff  
steh'n wol/

Daraus er spinnt und wirkt/ so viel er haben sol.  
„Wird mit Gesundheit alt/ weiß wenig von Gebrechen/  
„Sein Knobloch ist sein Arzt. Das übermachte Zeichen/  
„ Die allzu offte Rost/ das zeitigt uns den Todt/  
„ Man lebe wie man sol/ so hat es keine Noth.  
„ Ignoscat Lector Humanissimus excursui, si non errori!  
„ quando alias statuimus, in animo contento sua sorte, nec in  
„ ullo certius, consistere felicitatem hominis moralem, quam  
„ SUMMI BONI nomine appellant omnes, pauci capiunt,  
„ aut assequntur. Nunc Orpheo vicissim attendamus.

Hos igitur densos percurrimus, ipsa pedestri  
Littora transigimus gressu: tum Cimmeriorum  
Velocem ad littus navem propellimus;

Αἴγλης ἄμμοις εἰσ περιβόλυς ηελιόιο.  
Ἐν μὲν γὰρ ρίπαιον ὅρος καὶ νάλπιος ἀνχήν  
Αὐτολίας εἰεγγάσ', επιένται δὲ πελώρη  
Ἄσσον επισιάζεσσα μεσημβριὸν ηέρῃ φλέγει  
Δείελον ἀνηρύπτωσ Θάος, τ' ἀνυωμέες ἀλπεῖς,  
Κείνοισι μερόπεσσιν, ἀχλύς δ' επιένται ἀιεί.

Paradoxa & inaudita prodere vult *Orpheus*: *Cimmeriorum* littora, densissimas ac diuturnas tenebras, absentiam per menses (non annos, quod ποιητικῶς τε & ὑπερβολικὸν) *Riphæos* montes, *Calpen*, & similia. Certissimum hoc argumentum, fateor, per quod ostendi possit, ad Septentrionis altiorem plagam pervenisse Argonautas; & in tenebris plusquam *Cimmeriis* versari eos, qui Naturā adversante Borealibus his oris vendicare nolunt tenebras *Cimmerias*, & *Cime-*

*me-*



meriorum promontoria. Ilbinam enim gentium hæc regio?  
An juxta Strabon. Geogr. l. i atque alios, (quos lexicorum  
& adagiorum collectores facile seqvuntur) ad *Bosphorūm*,  
& ad *Ioniam Cimmeriorū* referendæ tenebrae? Vah somnia!  
quis quæsò unquam hactenùs ibidem tam prodigiosam &  
continuam obscuritatem observavit? Sed Homerus testis,  
*Oduas. A. v. 14. seqq.*

*'Εν θα δέ Κιμμερίαν αὐδεῶν δῆμός τε πόλις τε  
'Ηει κούνεθέλη νεκαλυμένοι, γέδε ποτ' αὐτός  
'Ηέλιος Φαέθων ἐπιδέρμεται αντίνεσσιν  
'Ουδ' ὅπότ' αὖτείχησι πέδος φέγινὸν αἰσφέρεντος  
'Ούδ' ὅταν αὖψεπι γαῖαν ἀπ' φέγινόθεν πέστεργί-*

*πητε,*

*'Αλλ' ἐπὶ νῦξ ὄλον τέταται δειλεῖσι βρετοῖσι.*

Quid tūm? nihil novi, fabulas *Homerum* enarrasse. Circum-  
spectior *Ovidius* vel ipso *Tullio* quoque Acad. Qvæst. 4. qui  
nec oppidi in Chersonneso Taurica, nec *Bosphori* obscurum  
atque nebulosum aerem, sed deo *Somno* regiam in antro ali-  
quo ædificavit 2. Transformation. canens:

*Est propè Cimmerios longo spelunca recessu,  
Mons catus, ignavi domus & penetralia Somni,  
Quod nunquam radiis oriens, mediussve, cadensve  
Phæbus adire potest; nebulæ caligine mixtæ  
Exhalantur humo, dubiæq; crepuscula lucis.*

Quid causæ ergo habuit *Becanus*, quod hūc fluctuaret  
lapsabundus? Jam in *Italianam* rejiciens *Cimmerios*, in Her-  
mathen. l. 4. f. 36, 73, 83. in *Vertumno* f. 30. jam ad *Epirum*  
& *Nicopolin*, jam in *Germania* & *Helvetia* &q; tractūs. conf. ejus  
*Gallica*, l. 2. f. 47. Solidiora longè alia de nomine situque  
horum in *Atlanticis Rudbeckius*. Ad *Orpheum* redimus.

'Εν ιδίᾳ δ' ἀφορμηθέντες ἐπειγομένοισι πόδεσσι  
Ιχθύεν αἰγιώνα συφελὸν καὶ νήνεμον αιτήν.  
Ἐν ιδίᾳ περὶ αἱρετοῦσῶν ποταμὸς δεῖναισι βαθεί-

αις

Θείει χεισούρροις ἀχέρεων ορευερῆ διὰ χώρες,  
Ἄργυρογειδὲς ἔδος προρέων, λίμνητε κελαινή  
Ἀνδέχεται -- -- --

Α Cimmeriis digressi scopulum ingentem & serenum littus  
offenderunt, et vorticibus profundis fluvium, & Acheronta  
(quem per Abgrund explicat Rudbeckius,) è gelidis curren-  
tem oris, quem intersecārat Nigrapalus. Singula in suam  
pertrahit hypothesin hæc toties laudatus Vir, ut probet, uni-  
versam hinc etiam à sinu Finnico Lapponiā Norwagiām-  
qvè circumnavigasse Jasonem cum sociis. De quâ senten-  
tiâ quid sit tenendum, infrà edocebimus. Jam, superatis fe-  
rè Borealibus frigoribus, amoeniores prædicentem auras au-  
diamus Orpheum:

Tum properè Anchæus navem petit ocyūs, omnes  
Defessos quamvis concendere jus sit amicos,  
Ad quos est ve. bis blandis quoq; pauca locutus:  
Nunc etiam durate, viri, labor ultimus hic est:  
Quo nec jam gravior succedet; jamque ego claros  
Alpicio Zephyri flatus, stridentq; per undas  
Oceanim mihi non ignotæ fortius auræ.

Caledonium, aut Deucaledonium Oceanum enavigasse Ja-  
sonem, existimat Rudbeckius Clarissimus; nec potest aliter,  
quicunque statuit, periplus Europæi orbis suscepisse Argo-  
nautas. Zephyri favere ipsi huic dogmati videntur, & ex Oc-  
cidente fortiores flatus. Insulam è primis attigerunt Iernen,  
quâ de Orpheus:

Παὶς δ' ἀεγνῆστον αἴμειθεν Ιερίδα,

Hiber.

*Hiberniam* fuisse, hand abnuimus; quantumlibet *diaplum*, sed non *Periplum*, largiamur facile. Nec enim tot *Orcades*, aut *Hebrides*, aut *Thulen* ultimam, plus minus LX. Insulas, quæ præternavigandæ erant, omisisset *Orpheus*. Jam collustranda ex *Cambdeno* atque aliis *Hybernia*. Protenditur in Aquilonem insula lenticulari ferè formâ, vel ovali; abortu *Angliam*, mari turbido ut plurimum, prospectat. *Sacram* hanc antiquitùs fuisse dictam, *Festus Avienus* in *ora maritima*, libello ex veteribus Geographis, *Milesio Hecatœo*, *Hellanico Lefbio*, *Pausimacho Samio*, similibusquè docet. *Banno* (& hinc *Bannomannia*) à *Bardis* dicta est *Hibernicis*; *Ban* enim & *Biana* illis sacrum olim audiebat. Vid. hîc *Usserium* in Antiqu. Eccles. Hibern. cum Annalibus *Pembrijii*, nec non *Ultoniensibus*. Ast qui *Jernen* appellârunt? Præter *Orpheum* nimirum *Aristoteles*, *Claudian.* (*Iernen* glacialem) *Juvinal.* (*Juvernen*) *Diod. Sic.* (*Irin.*) *Eustathius* (*Beœviae*) veteres Britanni *Hierin* & *Iren.* hodierni *Ireland*; quod Europæ angulus ad Occasum remotissimus (occasum quippe denotat his *Hiere*) existat. Hinc Occidentalissimum illius flu men *Ptolemeo Jernus*, & Hispaniæ extremum promontorium *Straboni* atque *Melæ* paru nomine appellabatur. Nunc seqvamur Argonautas:

-- -- *Duodenæ dies jam fluxerat, ex quo  
Ignari vehimur, quibus erraremus in oris.  
Sed tamen Oceani extremo nos margine ferri  
Cognorat Lynceus,* -- -- --

Obvia hæc satis; & notandi tantum characteres gemini, à tempore unus; quod per dies integros XII. à Septentrione in Occasum oberrârint, nescii locorum, præter *Jernen* insulam; à loco alter, quod Oceani extremo margine ferrentur hactenùs. Nunc nodus *Gordius* proponitur secundus, non solvendus nobis.

ó γαρ



— — — ὁ γὰς τηλωτὸν ὅποιπε  
Νῆσον πευκήσσαν, οὐδὲν δώματ' ἀνάσσης  
Λήμνητρος.

Quæ enim verò illa insula *Peucessa*? An Britannia? ut putat Nobiliss. *Rudbeckius*. Sed eruditorum omnium consensu *Peuce* insula ad *Istri* ostia; unde *Peucini* dicti. Vid. eò *Cluver. Germ. Antiq. l.3. c 43.* Hinc *Flacci* πεύκησσα, Argonautas ad *Danubium* venisse, lib. 8. Arbitror vel hanc corruptam vocem, aut non esse propriam. Quis nescit, *Albionem* ab oris albicantibus vocatam Angliam fuisse? Viderint sagaciores, num Λευκήσσα poëtica licentiâ, pro λευκῆ aut λευκῆςσα potius legendum sit? Nullum enim ex his prædicatis, qvæ de insula hanc refert *Orpheus*, applicari potest commodè ad *Peucen*: ut absurdâ alia præteream. Omissis jam ad rem non pertinentibus, de *Circes* atriis, de littoribus *Ternesiis*, facilitiora reliqua occurrunt omnia.

*Mox & ad Herculeas pervenimus inde columnas.*

\* \* \*  
Sardiniam hinc petimus, tandemq;e sinūsque Latinos,  
Et quos Ausonium Tyrrhenumq;e alluit æqvor.

At freta Trinacriæ tua jam Lilybea tenentes  
Æquora sentimus, flammamq; per alta videmus  
Ætnæi Enceladi nobis infesta minantem.

-- -- -- Altoq;e fremit torrente Charybdis.

\* \* \*  
Sardinia Eubæa & Salamis, ventosaque Cyprus  
Obstupere novo cantu. -- --

\* \* \*  
Jamque per optatos producit carbaña ventos  
Corcyreos petimus portūs. -- --

\* \* \*  
*Ocyüs & remis stridens propellitur Argo*

*Am.*

*Ambraciique sinus celerisecat aquora cursu.*

\* \* \* \*

*Illi igitur ventis acti referuntur Iolcon.*

Sic adeò per circulum immanem patrios repetiverunt lares Argonautæ: quomodo & inspectio mapparum, & collatio locorum nominumquæ singulorum docet.

## Hactenùs ex ORPHEO uberiùs, sed pro necessitate tamen, de ERRORIBUS MARITIMIS ARGONAUTARUM.

Nunc similex veteri Poëta APOLLON. RHOD. discessimus singularia; cætera præterituri, quæ cum *Orpheo* communia videntur. Unde Argonautæ solverint, sufficienter constat. Viam proximam cum causa impulsiva *Apollo-nius* exponit Argonautic. I.

*Μνήσομαι, οἱ Πόντῳ πατὸς σόμανδια πέτρας  
Κυαίνεας, βασιλῆος ἐΦημοσύνη Πέλιαο*

*Χειρίσειον μετὰ νῶας ἔυσυγον ἥλασταν Αἴγας.*

Per os Ponti & petras Cyaneas (quas Flaccus sæpè nominat *Symplegadas*) intelliguntur coëntes ferè scopuli in Bosphoro Thracio, (ut supradictum,) & os Ponti eleganter appellantur, cīn Meerschliund. Pelias Rex metuens Oraculi eventum, Jasonem subvertere hoc modo laborabat, cùm ad rapiendum vellus aureum impelleret eundem.

*Θέσθατα γὰρ πελίας δειδίσσιτο, μὴ δι' ὅποδεν*

*Χειρὶς ἐπ' Αἰσσονι δαναδέλη βασιλῆον αἴρχην.*

Sic quoque *Orpheus*; hinc *Apollonius* Poëta porrò:

*Τῶν καὶ πασάων πέριφερεσάτη ἐπλεο νηῶν,*

*Οσταὶ ύπειρεσίησιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης.*

Navium, quotquotad id tempus vitæ sunt, fuisse omnium c-

C

mni-

Am.



mninò commodissimam , quæ Argonautas vixerit ,  
Argoqve dicebatur , ait . Unde dicta verò sit ? non satis  
accuratè Scholiares ad hunc locum explicavit Apollonii .  
De genuino igitur illius navis etymo constabunt meliora  
alia ex dissertatione , qvam de ARGO NAVI , ξὺν Θεῷ , ha-  
bebimus .

Ως ύπ' Ορφῆος μηδέν πέπληγεν ἐρετμοῖς ,  
Πόντος λαίβερν ύδωρ . -- -- --

Hoc velut classico solebat animare Argonautas *Orpheus* , hâc  
tesserà indicium maritimi laboris semper dabat , cantumqve  
σφεψιάρειον edebat . Gressilia , reptilia volatiliaqve animalia  
non tantum dulci modulamine , sed arbores & saxa pariter  
traxisse *Orpheus* legitur in *Orpheo* , *Apollonio Rhodio* , *Apollod.*  
*Valerio Flacco* , postq; plures alios , ex *Simonide* in *Tzetz. I. Hist.*  
*Chiliad.* 12. quæ qvidem mythologica vim excellentiamqve  
Musices abundè docent . Nos ex *Apollonio* locorum qvaria-  
mus in præsens characteres . Hos si secundum seriēm poë-  
matis dijudicemus , cogimur fateri , anteqvām in terram per-  
venerunt Argonautæ Colchicam , jam tūm fuisse ipsos apud  
*Hyperboreos* , in *Ponto Cimmerio* , juxta Acherontem , in *Insula*  
*Electr.* & alibi ; qvæ ordinem invertunt omnem . Extremo  
quippe libro Argonautic. 2. *Apollonius* exponit , qvomodò ap-  
pulerint ad Colchidem , n. 57.

Κολχίδα μὲν δὴ γαῖαν īnāνομεν , ηδὲ p̄ēēθε  
Φάσιδος .

Sed anteā in insulam *Atlantidis Electræ* Jasonem venisse  
memorat , priusqvām attigissent *Tbraciam* , aut *Idam*  
montem , aut *Hellespontum* , aut *Dardaniam* vidissent . Sic  
lib. 1. n. 34.

Ἐσπέέειοι δ' Ορφῆος ἐθημοσύνησιν ἐνελσαν  
Νῆσον ἐς Ἡλέντεης Αἴτλαντίδος . -- --

Cal-

Calpen profundum (ita enim nominat Poëta Rhodius) prætervecti, ad magnum Hyperboreorum populum venerunt; quorum loca & locorum qualitatem sic describit, ut crepuscula, non diem, (cùm Sol ibi diu nullus,) ipsis tribuat.

-- -- -- Βαθύρρειονται τε Κάλπιν  
Δεριόμενοι παράμειρον -- -- --  
Ex lib. 2. n. 37.

Οὐδ' ἄρπω Φάιος ἄμβευτον οὐτ' ἐπί λίην  
Οἳ Φνάη πέλεται. Λεπτὸν δὲ ἐπιδέδρομε νυκτὶ<sup>80.</sup>  
Φέγος ὅτ' ἀμφιλύην μιν ἀνεγρόμενοι παλέ-

\* \* \* \*  
Τῇλ' ἐπ' ἀπέιργνα δῆμον Υπερβορέων αὐθρώ-  
πων &c.

Notandum probè hoc; qvemadmodùm character qvoq; sequens. Acherusia promontorium Bitbyniam prospectat juxta Pontum; hūc cùm appulissent, dicitur spelunca Orci & amnis occurrisse Acheron, in Orientale mare se exonerans. Sic habent verba lib. 2. n. 35.

Ασπασίως ἄκεης Αχεροσίδος ὅρμον ἔμοντο.

Kόιλη ὑπαιδα νάπη ἵνα τε σπέος ἐξ' αἰδαο,  
"Εντοδὲ καὶ πέροχοι ποταμῷ Αχέροντος ἔασιν.  
Alibi qve (lib. 2. n. 42 extr.) ait, die duodecimō Zephyris spirantibus praterlegisse Acheronta Jasonem:

Καὶ παλίμως δὲ Αχέροντα διεζεπέρησαν ἐρετ-  
μοῖς.

Postea liquerunt flumen Halyn Iring, & ad ostia Thermodontis appulerunt. lib. 2. n. 45. & 47. Amazonum Themiscyri-

arum prætervecti regionem, die alterâ & nocte actâ, Chaly-  
bum ad terram sunt delati; quibus neque boum est aratio, nec  
fructuum plantatio, nec unquam ipsis oritur Aurora; sed  
atram fuligine fumoḡ gravem sustinent laborem. Quæ  
prædicata competunt metallicis hominibus, in antris & cu-  
niculis (ubi aurora nulla, nullus Sol,) hærentibus, sudanti-  
busqvè in liqvefactoriis similibusqvè officinis. Illa Græ-  
cè singula exprimeremus, nisi digniora superessent brevitati  
maximè studentibus. Ulterius deinde perrexerunt, (scri-  
bit Apollonius) secundo vento, navigantibusqvè Ponti sinūs,  
Caucasique celsi montis apices apparuerunt; ubi ferreis li-  
gatus pedicis Prometheus. Hæc omnia, priusquam adspexe-  
re terram Colchicam, venerunt usu lib. 2. n. 56.

Kai δῆκανασιών ὁρέων αὐτέλλον εἰπτας  
ηλίβατοι. & qvæ seqq.

Eadem occurruit apud Aeschil. in Prometh. vincō, qvæ  
prolixitatis tædio omittimus.

Duo hic memorabilia, vel indice signanda tantum; primum  
est de Hyperboreis, secundum de exploratricibus columbis;  
utraqvè materies secundo qvoqvè Apolloni de Argonautis li-  
bro proditur. Quæro qui dicantur Hyperborei veteribus? non,  
qui sint tales. Aliud nimirum esse, aliud videri, aut vocari. Ro-  
bertus Sheringhamus de orig. Anglor. c. 10. Totam illam  
partem Scythia, quam Ptolemaeus Sarmatiam Asiaticam vo-  
cat, Hyperboreos nimirum locos, ripas Tanais, Maeotida pa-  
ludem, Tauricam Chersonesum occupasse diximus. -- In  
Scythia Gothos & in Hyperboreis locis habitasse, author est The-  
ophanes, ad Ann. incarnat. 431. Ήσαν δὲ τότε Γότθι καὶ ἔθνη πολλά τε καὶ  
μέγιστα πέογντες τὸ Δανεβίς καὶ τοῖς ὑπερβόρεοις τόποις κατωντιμένα.  
Sic & Procopius ac Bysantinus; qvorum ibi allegavit verba.  
Scholiares pariter ad Apollonii 2. lib. n. 32. ubi Hy-  
perboreos exponit, provocat ad Herodot. auctoritatem: τι-  
περβόρείς μη εἴναι τελέως Φυσινήεδος, εἰπεὶ εἰσὶν ἡ περβόρε-  
οι οὐκεῖς, πάντας καὶ ταχεγνόνοις &c. Ubi porrò Posidonii, Mnai-  
se

ses ac Hecataei (an, & ubi Hyperborei sint?) opinionem affert.  
Poterat ex Melpomen. Herodoti, seu lib. 4. certiora Scholia-  
stes commentari. Esse Hyperboreos ad mare glaciale sitos,  
à Scythis distingvendos, hominesq;e antiquissimos, qui sacra  
miserint ad Gracos, singula asseruit Herodotus. Nos nihil de  
his amplius; sed ad columbam Apollonii respicimus. An-  
teqvam transirent Pontum & per petras, svasit vates Phineus,  
ut columba exploratum mitteretur, & augurio progressus  
tentaretur; lib. 2. n. 16. Prosperam futuram navigationem  
dixit, si in columis per petras evolaverit columba, sed infor-  
tunatam, si perierit. Vid. quid eò Scholia stes scripserit. Nos  
*νακοζηλιαν* dæmonis miramur, homines ignaros ad Noachi  
factum imitandum seducentis. Simile quid contigisse re-  
cordatur in Diluvio DEUCALIONIS ap. Plutarch. quo de  
alià occasione. Apollonii libertertius, quid cum Æetâ Rege,  
vellere aureo, Medea, actum fuerit in Colchis, memorat. In  
quarto, id est ultimo, de reditu & pauca & obscura continen-  
tur, breviter hîc attingenda. Ultionem Argonautis, mala  
imprecatus omnia Æetas, meditabatur, & ne possent regre-  
di incolumes, emittit naves plurimas in mare, unde ve-  
nerant.

Ως ἔφατ' Αιγάτης, ἀπῶν δὲ ἐνὶ ἡματι Κόλχοι  
Γῆς τ' εἰρύστεντο κοῦ ἀρμένα νευσι βαίλοισo.  
Αυτῶν δὲ ἡματι πόντον αὐγίον, οὐδὲ νε φαινεῖς  
Τόσου νηίτην σόλον ἔμμεναι. -- --

Gnarus periculi imminentis Jason Argonautas instruit, &  
ad mala fortia toleranda animo hortatur; navis retinacula  
primus ipse fecerat, festinat remigationem, ut ex portu solvat  
Phasidis. Quò tenderet, quærebant socii? Sed dixit aliud,  
aliudq;e ex consilio Medea fecit Jason. Apollonius hæc tan-  
git, lib. 4. n. 20.

Au-



Αὐτίνα δὲ Αισονίδης ἐμνήσατο. σὺν δὲ ιοὺς ὥντοι  
Ἡρωεῖς, Φινῆος. ὁ δὴ πλόον ἄλλον ἔειπεν  
Ἐξ αὖτος ἔσσεσθαι. αἰνώισος δὲ τέτυκτο  
Πᾶσιν ὄμῶς. -- -- --

Errorem autem errat maximum, dum *Istri* nomine salutat flumen amplum & profundum, quod bifariam se dividat in mare, quodquæ terram interim immensam fecerit, *fontes ULTRA FLATUM BOREÆ, EX MONTIBUS RIPHÆIS LONGE RESONANTES HABEAT.* n. 25. Nihil horum quadrat ad *Danubium*. Aut *Tanain*, aut flumen aliud Septentrionis inclytum intelligendum esse, ideo relinquitur. Venisse ad *Absyrtum Colchos*, alios ad mare *Cronium* progressos, n. 27. adjicit, ut omnes prohiberent transitū. Sic dato absurduno, plurima seqvuntur cum *Absyrtō*. Jam attigisse Argonautas sacram Insulam *Electridam Eridanumq[ue] fluv.* & mare *Cronium* affirmat, l. 4. n. 34,

-- -- Ιερὴν Ηλειτείδανησον ἴμοντο  
Αλάων ὑπάτην ποταμὸν χεδὸν Ηειδανοῖο. &c.  
Ex *Eridano* in *Rhodanum* deducit navem *Apollonius*, n. 40.  
Ενδὲ τότεν Ροδανοῖο βαθὺν πύον εἰσεπέρησαν,  
Οὕτ' εἰς Ηειδανὸν μετανείσται. -- --

Scholia stes *Ροδανὸν ποταμὸν τῆς Κελτικῆς, τῷ Ηειδανῷ συμιγνύμενον* appellat eō loci perperam. *Redanum*, (die Reddane vel Radune / ubi succinum colligitur, indeqvæ Insula *Electris* ab electro) si vocasset, rectius consuluisset sibi & lectoribus. Detexit hoc παρόειδα *Cluverius* Lib. 3. Germ. antiq. c. 34. Occasionem tamen ad rem veniendi proprius suppeditat opinio. Nam addit: ex hoc flumine intrâsse *Jasonem* paludes procellosas, qvæ per *Gallorum* terram sint apertæ. *Juno-nem* refert de *Hercynio* vocasse deos in auxilium, ut falsa littora attingerent, multasqvæ gentes *Gallicas, Ligusticasq[ue] per-*  
agra-

agrarent Argonautæ. ΑΞΙΟΜΗΜΟΝΕΣ character hic. Per maris æstum postmodò *Ausoniæ* littora *Tyrrhenæ* eos adspexisse, ait. Reditum in patriam seqventia declarant, n. 108.

Γαίην Κενροπίνην ωδάτ' Αυλίδα μετεγέσσαντες  
Ευβοῖς ἐνταῦθαι Οπέντια τ' ὄσεα Λοιρῶν,  
Ασπασέως ὀντὸς παγασῆδας εἰσαπέβητε.

Hic finem Argonauticis imponit *Apollonius*, ostendens terram denique Cecropiam Aulidaq; prætermensos in *Enbaea* & *Opuntia* & oppida *Locrorum* Pegasaicaqvè littora hilariter eosdem attigisse. Illud unicum attexere hīc liceat, quod meritò παράδοξον videtur, & ex libro IV. nostri suprà referendum erat; cùm deesset aqua, navem Argonautas humeris portasse, in arenæ cumulis, per dies integros XII.

-- -- Λιβύης ἀνὰ Θῖνας ἐρήμους,  
Αντεμένοις ὥμοισι Φέρειν δυσαιδενα πάντα  
Ημᾶθ' ὅμοις νύντας τε. -- --

Iidem mare Creticum quærentes conqueruntur:

Νῆσα μεταχεονίννενοισσαμεν εἰς τόδε λίμνης.  
Incredibilis res appareret, nisi fidem facerent historiæ allatae à Rudbeckio cum nuperis experimentis. In nominibus locorum *Apollonius* haud dubiè erravit. Nobis opportunè locus incidit, quem deprehendimus in *Pindar. Pyth. od. 4.* in qua ut multa alia, omnino singularia de Argonautis, sic hæc quoqvè referuntur: Stroph. 2. col. 14.

Αἴγυς χαλινὸν δώδενα δὲ πέρτερον  
Αμέροις ἐξ ὠνεαν̄ φέρομεν,  
Νάπων ὑπὲρ γαιος ἐρήμων.

Ενάλιον δόρυ μή -- --

δεσσον ἀν σπάσαντες α' μεῖς.

Citæ Argūs frænum XII. autem

Priùs dies extra Oceanum portavimus

Super

Superdorsa, terræ desertæ,

Marinam machinam

Consiliis cùm extraxissemus nostris.

Vides accuratiorem Pindari descriptionem; ubi pauca verba  
multum habent ponderis. Καὶ τὰν τὰν πεποιητα. Nunc  
ferimur breviore viâ ad

## APOLLODORUM.

Historico-Grammaticus Atheniensis, & Genealogicus anti-  
quus flouit Apollodorus Olympiad. 155. à Cicerone, Diodoro  
Siculo, Laertio, Plutarcho, aliisq[ue] s[ecundu]s laudatus; sine q[uo]d  
origines Herorum veterum & acta nemo facile intelliget  
sufficienter. Bibliothecæ suæ libro I. nomina is singulorum  
memorat Herorum, Jasonis & sociorum; q[ui]os enumerare L.  
cum parentibus h[ic] parùm refert. Illud omnium maximè  
meretur observationem, si non admirationem, quod post vel-  
leris aurei rapinam atq[ue] expeditionem suam, quatuor ex-  
actis mensibus pervenerint Iolcum Argonautæ. Qvæ res,  
propter terminum angustum adeò, videtur esse impossibilis,  
quicunq[ue] statuunt Europam universam circumnavigasse  
illos, per superiora littora Septentrionis. Jasonem navarcho,  
inquit, (ut ex versione tantum ac compendiosè referamus,) e-  
vecti in Lemnum, hinc ad Doliones, inde Salmydessum Thra-  
ciæ urbem, (ubi vates cœcus Phineus futura aliquia prædixit,) hinc Symplegadas venerunt, (ad quem locum augur jussit  
emittere columbam) Thermodontem prætervecti atq[ue] Cau-  
casum, ad Phasin flumen, terræ Colchicæ venerunt. Delata  
h[ic] in portum navis; raptum beneficio Medea vellus aure-  
um: Medea cum raptore Jasonem se noctu contulit in navem,  
vellere simul aureo abrepto. Amnem postea Eridanum præ-  
terierunt Argonautæ atq[ue] juxta insulas Absyrtides instituere  
cursum. In Ausoniam profecti & per Libyæ Celtarumq[ue]  
gentes (Galliarum gentes Gallicus interpres vertit; in Apollo-  
doro autem extat, ὁ πλέουσας ἐπίβολοι κατων ἔστι)

p:x-

prætervecti, per Sardinia pelagus delati, Hetruriam legerunt, Syrenas præternavigârunt, ubi, ne qvis enataret, cantu *Orpheus* obstitit: ad Scyllam & Charybdim errantia inter saxa versati Siciliamq; prætervecti ad Corcyram & insulam Phœacum appulerunt; ubi Alcinous rogatur reddere Medeam. Cretam contendentes ad Æginam, inde pet Eubœam Locridemq; vecti repetunt Jolcon. Sic maritimum dimensus iter est Apollodorus. Ubi haud abs remiramur iterum, qvis ille sit Eridanus? quæ hujus fluminis connexio cum reliquis expressis locis? Quid hîc sibi velit Libya? seu propriè sic dicta, sive universim Africa? Sed transcamus nunc ad

### DIODORUM SICULUM.

Sic ipse lib. 4. Bibl. c. 55. & in primis 58. Restat, scribit, ut historiam Jasonis nunc pertexamus. Is Corinthi degens ex conjugio cum Medea liberos duos natu maiores gemellos, Thessalum & Alcinorum, & tertium ætate his multò inferiorem Tisandrum suscepit. Hoc tempore Medea in magna apud virum gratiâ fuisse perhibetur; dū non solum pulchritudinis decore, sed etiam prudentiæ ceterarumq; virtutum ornamenti excelleret. &c. Sed Argonauticae historiae subjiciamus partes. Non paucitùm veterum (inter quos & Timæus est) Scriptorum perhibent, Argonautas post vellus abreptum, cognito, ostium Ponti ab Ætâ navibus præoccupatum esse, mirificum & rectione dignum facinus edidisse. TANAIM enim ingressos, ad fontes ejus ascendisse, NAVIq; per aliquod loci intervallum PROTRACTA, per aliud flumen in Oceanum sese effundens, ad mare devenisse; & tūm ab ACTO versus OCCASUM ita cursum flexisse, ut à SINISTRA continentem haberent; & tandem juxta GADES in mare nostrum inveharentur. Diodorus Siculus hæc more suo sapienter atq; solidè: idemq; ibi argumenta à nominibus & monumentis profert aliquva, ut dictis fidem pariat. Deinde meritò refutat fabulam de Istro. Non prætermittenda hic est confutatio historiae illorum, qui Argonautas per Istrum ad fontes subiectos in Hadriaticum inde sinum, per occurrentem isthic alveum intrasse memorant. Hos tempus ipsum convincit, falsò suspicatos esse Istrum, qui pluribus se ostiis exonerat in Pontum &c. Ipse Diodorus etiam hoc rupulo nos liberare potest, qvomodo sit factum, quod mentionem Libyæ injiccerent hīc qvidam. Procellarum, ait, vi abrepti (in Italia, cuius ante mentionem fecerat) ad syrtes à Tritone, LIBYÆ tunc Rege, quæ natura maris esset? illos, didicisse. Docuit nos Plinius ex Hist. nat. l. 3. c 4. Oram Libycam vocatam olim in provincia Narbonensi regionem illam circa Rhodanum & A-

D

rarim.

*grarim.* Et idem alibi, eod. lib. c. 17. *Vercelle*, inquit, *Libyorum orta ex Sallyis.* Nunc, quod volumus, habemus. Audiamus tamen denique

### VALERIUM FLACCUM.

Floruit hic *Martialis* tempore, quo usus est familiariter; sed, praeter elegantiam poetam, verborum magis studiosus extitit, quam rerum, ille *Lucius* in Argonauticis. Præcipuum videtur esse, dum ipsum l. v. *Jasonem* testantem & hortantem socios, quod ENAVIGARINT ORBEM, introducit,

*Tunc desixa solo, cætuq; intenta silenti,*

*Versus ad ora virum: quid primum ingentibus ausis*

*Optavisti? ait: veterumq; quod horruit etas:*

*Adsumus en! tantumq; fretis ENAVIMUS ORBEM,*

*Nec pelaginos mille viæ; nec fama fefellit,*

*Soligenam Æeten mediâ regnare sub Arcto.*

Lib. 7. sub init. enumerantur L. etiam (non LXX. ut existimant nonnulli) qui cum Jasonem profecti sunt.

*Quinquaginta Asiam (pudet heu!) penetravit Jason*

*Exilibus. Venit Scythicas en hospes in oras.*

*At sua longarum Minyas jam cura viarum*

*Admonet. -- -- --*

Lib. 3. Cimmeriorum qualitas describitur:

*Est procul ad Stygiæ devexa silentia noctis,*

*Cimmerium Domus, & superis incognitæ tellus*

*Cæruleo tenebrosa situ, quò flammæ nunquam*

*Soljuga, sidereos nec mittit Juppiter annos.*

Lib. 8. somniavit Flaccus ad Danubii ostia venisse Argonautas.

### CAPUT II. Breviter exponens

#### Propriam de his sententiam.

Argonautarum expeditionem Dionysius Petavius, part. I. Rat. Temp. l. I. c. 10. scribit cadere in An. Per. Jul. 3489. qui ante Christianam numeratur epocham 1226. *Orpheum ante Trojanum bellum C. annis floruisse notum ex Antiquitate satis, confirmante Vossio. Clariss. Rudbeckius in Chronologia oper. Atlantic. adjecta c. 40. f. 877. defendit celebres fuisse Argonautas propter expeditionem suam post annum mundi conditi 2600.*

Idem asserit cum Hornio (qui in Atlante veteri maritimum delineavit inter & communicavit Blavio,) Argonautas duce Jasonem antea Europam universam circumnavigasse; locis singulis initio prioris Capitis, signatis, Schémate peculiari tabula uterque usus demonstravit viam, & in Septen-

trio-

trionalem Oceanum immisit navem; *Hornius* itineris omisit flexum, obser-  
vavit interim *Rudbeckius*, indicavitq; punctis. Statuit Europam is per-  
iplo, nos diaplo perlustratam.

*Orpheo & Apollonium*, & alios secuti presso gradu dicimus, ab oris Colchicis venisse per Maeotidem in *Tanais*; qui inter gr. latitud. 49. & 54. ac longit. 65. & 79. per millaria ducenta sursum versus navigari potest, resto Herbersteinio Barone p. 48. & 49. Itiner. Nec fluit ex *Riphais* montibus, sed ex *Jvano osero* p. 45. E *Tanais* in *Volgam* ad paludes *Fronovenses* navi-  
gasse, navē per paludes etiam traxisse in *Aldescum lacum*; hinc in mare *Balticum*, in sinum quoq; *Finnicum* venisse, facile concipimus, solertiam-  
q; Celeb. *Rudbeckii* laudamus.

Veniam interea sperabimus, modestè judicantes, nullis vel ex *Orpheo*, *Apollonio*, *Apollodoro*, *Diodoro Siculo*, vel aliis veteribus Scriptoribus huic uliq; notis, demonstrari modis posse, tot tantasq; per ambages, ex *Bothnico* in Pontum *Cronium* ad *Morimarusam*, Promontoriumq; *Scythicum*, suprà *Lapponiam Norwagiam*, in mare *Hyperboreum*, Oceanum *Deu-caledonium*, *Britannicum*q; navem unicam errantem (absq; beneficio ma-  
gneti maximè) per tām horrenda maria & immensa, intrā tempus breve adeò, incolumen deferri potuisse. Expendatur modò ambitus Europæ; qui, ne de aliorum quid adjiciam erroribus, notatis jam à *Ricciolo* in Ge-  
ograph & Hydrogr. reformat. l. 3. c. 19. juxta *Jansonium* Tom. I. Atlant. si longitudinem illius metiaris hinc à capite S. Vincentii ad ostia *Obii* (qui  
fluvius *Sarmatiam* distingvit *Asiaticam* ab Europæa) millaria 900. circi-  
ter Germanica, Italica 3600. conficiet. Si latitudinem consideres, à *Tæ-  
naro*, extremo angulo *Peloponnesi* ad *Serickfinniæ* promontorium (vulgò  
Nort-kap) millaria German. 550. Italic. 2200. prodibunt. Sic & *Mari-  
torius* computat de orbe Maritimo l. 2. c. 39. Ad minimū, ut consista-  
m in tra limites descriptos, iter millarium Germanorum superare debu-  
issent 2130.

Nunc illud animo repræsentetur, quantis cum difficultatibus, adverso semper flumine ac sēpe vento, ab ostiis aduersus fontes *Tanais*, deinde *Vol-  
ga*, ultrā millaria ducenta, ab hominibus ignatis tentari sine præsentissimo  
discrimine potuerit? Secundo *Volga* flumine *Holsatici Legati* ante annos  
ferè L. prævio quantumvis hodogetā (Pilotam vulgò nominant) à 30. die  
Julii, concessa nave *Fridericia* ad Niessenam ex *Volga* ostiis in mare *Ce-  
spium* delati (commorati tamen *Astracane* per 3. amplius septimanas)  
sunt Octob. die XV, tēste *Olearie*.

Interea à Caspianis Argo dicitur post diem X. délata ad Riphæas valles, ultimiqvè Hyperboreorum Nomades ab Orpheo vocantur Caspiani. Quodq; suprà cap. antecedenti, memoravimus, antiqui Græci Hyperboreos hos appellârunt, qui ad Istrum habitaverant, & super Hadriam.

Positis his tamen & concessis omnibus, quæcunque ad exaggerandas tot in Tanai & Rhâ fluminibus molestias retulimus; sciendum tamen, vix fuisse tyrocinia, si Ponti Cronii, Finnici, Norwagici, Oceani Deucaledonii immania consideremus spacia & frigora, & tenebras. Jam porrò cogitemus post tot secula secuta, tempore Agricolæ ac Taciti adhuc fuisse creditum, trans Svia nas terrarum orbem cingi cludiq;: illuc usq; tantum procedere naturam: occurrere deinceps mare pigrum ac propè immotum; ubi extremus cadentis solis fulgor in ortus duret, & exaudiatur emergentis sonus. Tacit. de Germ. morib. extrem. & in vita socii Agr. c. 10. Maris Caledonii novissimi tunc primū à Romana classi circumvectam oram, incognitas ad id tempus insulas, quas vocant Orcadas, dispeçtam quoq; Thulen, mox mare pigrum remigantibusq; grave visum. &c. Ignorârunt viri optimi, sed non Geographi, tellurem conditam in orbem

Indiq; surgentem pariter, pariterq; cadentem.

Haud secùs atq; Alex. M. ap. Curt. 9, 9, 4. qui mare aditus Indicum ingessit suis: ne naturam quidem longius procedere solere.

Sed & illud ruminetur probè, non proposuisse sibi Argonautas, ut Europæ explorarent ambitum, nec ideo de tanto sibi providisse apparatu, quantum hic requirebatur. Intellige et injurias à frigore, à noctibus, à glacie, à fame, à marinis monstribus, voracissimisqvè quadrupedibus illatis Anglis, Danis, Batavis, hoc & superiori seculo A. 1594. 95, 96. in primis mare Hyperboreum ingressis.

Non denique convincet nos, per universum orbem circumvectos ab Hispanis, Anglis, Batavisq; naves intra spatium biennii fuisse, ac triennii quandoq;. Talis prima extitit, cognomine Victoria; quæ Orbem quoad longitudinem obivit jussu & impensis Caroli V. Ferdinando Magellano duce, quatuor comitibus stipata A. 1519. ingressa fretum Magellanicū tunc temporis detectum; regressa per Moluccas insulas & Cap. Bon. Sp. die 7. Sept. 1522. Secunda orbis circumnavigatrix fuerat Francisci Draci, Anglicani Eqvitis, à Plimoutho Angl. solventis die 13. Decemb. A. 1578. fretum Magell. ingressa, & regressa per Pacif. caputq; B. S. A. 1580. tertio Nov. glor. & spoliis onusta. Tertia Oceani lustrati circum circa domitrix laudatur Thomæ Candisch, Angli Nobilis, qui A. 1586. d. 21. Jul. discessit, & per fretum Mag. egressa per Pacific. in Philippin. insulas, Major. Jay. rediit ad suos d. 5. Sept. 1588. Quar-

*Quarta circumflui maris Oceani exploratrix navis Roterodamensis, Simon. Corderii & Jac. Mahu numeratur; quæ à Goerano solvens portu d. Jun. 27. A. 1597. in freto Magell. aliquandiu hæsit, per Australē evadendo mare regyravit in Holland.*

*Quinta orbem circumvecta Oliverii à Noort, solvit d. 13. Sept. rediitq; in Goēran. port. d. 25. Aug. A. 1601.*

*Sexta novi freti le Maire, felicissimo compendio inventrix, annis solummodo duobus & 18. diebus, iniit iter finiitq;*

*Septima totq; orbis perlustratrix gemina Concordie & Hornana dicta, rediit compendiosâ via post bienn. & Mens. X. vid. Merian. de hoc argumento oper. ad Annos memoratos.*

*Qui enim & ingenia & commoditates nostrorum seculorum & nautarum cum simplicitate veterum contenderit, experientiamq; nauticam magnetis moderamine nobilitatam æstimaverit, facilis vel universum orbem hodiè, quam olim solas Mediterranei maris insulas enavigari potuisse, largietur. Si quis interim ex Gracia per Thraciam & flumina predicta doceat, in sinum Finnicum, mare Balticum, Oceanum Germanicum Britannicumq; & sic porrò pervenisse Argonautas, illi temere non repugnabimus, & applicabimus Scriptorum loca.*

S. D. G.

---

*Eruditissimo Humanissimoq; DN. RESPOND. Amico atq;*

*Convictori ex præcipuis Dilecto, S.P. G.C. KIRCHMAJERUS.*

*I*ntra magnifica Et tantum non innumera, quæ meruit elogia laudandus semper, sed laudatus nunquam satis, SVEONUM REX, HEROS divinisimus, GUSTAVUS ADOLPHUS, ultimum haberi nequit, quod religionis incorruptæ vindex, fideiq; Christianæ per tot gentes Hyperboreas propagator serius extiterit. Hanc ut conseqveretur metam, ibat ovans animis per presentissima discrimina, seu per Sarmatiæ montes & paludes Scythia, seu per Lithuaniae arentes campos ac inulta Moschorum, ultræ Svevum, Vistulam, Borysthenem & Tanaïm, procedendum Deo duce esset; seu penetranda classibus maria Cimmeriiq; pertentandi sinus, & lustranda vigri, immo consigilari Ponti viderentur ultima; non illum vel prærupta juga, aut convallium uligines, non incrementa fluminum, non arenarum cumuli remorabantur. Non intralimites Istæ vonum ac Sveonū saltus, sed nec intra Lapponū insana frigora, Fennorumq; lacus, nec Oceanum Aquilonarem ardor, desiderium, fama, merit a terminabantur: amplius tendebant, & in vicinia polaris stellæ propemodum figebant gloria tropæa. Quid pro religione pura, pro Germanorum

*AK*  
*III*  
*886*

norum libertate posimodo, ut primū appulit ad oras Pomeraniae, & fecerit,  
Etulerit, silere praefat, quā de magnis pauca dicere. Id potig hic inculcandū,  
antequam egredetur Regno patrio, ex cogitasse ipsum omnis generis admi-  
nicula, ut verus Deiculus per Septentrionis angulos extremos serio & sedu-  
lō propagaretur. Testis venerabilis Episcopus, Johannes Baazius, in Sveo-  
Gotic. Annal. Ecclesiast. non uno loco locuples, nec non Schefferus in Lappo-  
nia, Loccenius in Sveon. histor. quām strenuē rem tantam egerit semideus  
**GUSTAVUS.** Qui si fatis supervivere diuīus potuisset suis, dubitandum e-  
rat minimè, qvin ultrā Riphæos montes, ultra glaciales Insulas & postre-  
ma promontoria Scythica divinam humanamq; gloriā amplificasset. Afri-  
cam domare Scipionum opus nominat Romanus Scriptor: viam aperi-  
re Christianis per late patentissimos Lapponiæ, Samojediæ, Siberiæ, Tin-  
goësiæ, & Scythiæ ulterioris in Cathajam usq; tractūs nescio qvorum opus,  
nisi Hyperboreorum Monarcharum dici haberiq; debeat. Hisi conjunctis,  
aut non impeditis saltem, viribus propositum urgerent, incredibiles cum Deo  
atq; die liceat successūs ominari. Non concipiūs ideas, nec ad Groenlan-  
diæ, Spizbergiæ, Novæ Zemliæ similesq; jam dum conclamatæ à Britannis  
& Hollandiis, damnatas à Natura per tot menses tenebris frigoribus intole-  
randis, nebulis, marinis monstrib; ursis portentoso numero ac furore, inter-  
nives & exaggeratos glaciei cumulos instantibus, navigiorum ope insulas  
(si modò omnes sunt,) respicimus: ad rationem provocamus, & experi-  
entiam.

Si illas queras; bruta respondebunt: (si non homines,) ex Asia & Eu-  
ropa aditum jam olim patuisse sibi ut in Orientales, sic in Occidentales In-  
dias, per freca, glaciem, continentem. Inde à nepotibus Noachi ad prae-  
sens avum se servata & multiplicata. Si experientiam desideres, colle-  
git in compendio historias Capellus, Doctor & Prof. olim inclitus Ham-  
burgi, vulgato de his ante annos aliquot opusculo: nec non Clariss. Jo-  
hannes Reutenfels A. 1680. De reb. Moschoviticis Patavii. Sed ne habitum  
epistole excedam, vela contrabo, ubiq; Florenſiſſime MEISTER E, (uti-  
nam MAGISTER scribere Latiniūs deberem!) gratulor dñō Baſiſ  
de ſolido & in ſolito ſpecimine, nec non ingenio, quo, qvantum valeas. no u-  
uaſia tua comprobat & prodit. Deum veneror religiosè, ut in maius  
ſemper provebat laudabiles conatus tuos, atque Mecenates porrè exci-  
tet alacritate tua dignos! Scrib. è muſeo pridiè

Kalendar. Febr. Ao. 1685.

— (o) —

VD77

